



Claudianian siculi viri i[m]primis doctissimi de raptu proserpine Tragedia prima [secunda] heroica

<https://hdl.handle.net/1874/456945>

Claudiani seculi viri imprimis doctissimi de raptu
proserpine Tragedia prima heroica incipit felicit
Argumentum.

Dñ quibus innumerū tetri famulantē auerni
D Pulg? inherens. opib? quoz donat auaris
Quicqd i orbe perit. q̄s stix liuētib? ābit
Interfusa vadis. et quos fumantia torquens
Equora gurgitibus flegeton perlustrat hanelis
Vos michi sacrarum penetralia pandite rerum
Et vestri secreta poli. qua lampade ditem
Flexit amor. quo ducta fero proserpina raptu
Possedit dotale chaos. quantasq; per oras
Sollicito genitrix errauerit anxia cursu
Vnde date fruges populis. et glande relicta
Cesserit inumeris dodonea quercus aristas

Poeta. Lathesis. Pluto.

Ceres. Jupiter. AIdus. i.

Dix heredi quondā tumidas exarsit in iras
Dzelia moturus superis. q̄ solus egeret
Connubijs. sterileq; diu consumeret annos
Impatiens nescire thorum. nullasq; mariti
Illecebras. nec dulce patris cognoscere nomen
Jam quecūq; latent ferali monstra baratro
In turmas aciemq; ruunt. contraq; tonantem
Coniurant furie. crinataq; fontibus ydrijs
Thesiphone quatiens infausto lumine pinum
Armatos ad castra vocat pallentia manes
Vene reluctatis iterum pugnancia rebus
Rupissent elementa fidem. penitusq; reuulso
Carcere laxatis pubes tytania vinculis
Vidisset celeste iubar. rursusq; cruentus

Egeon positis magno de corpore nodis
Obuia centeno vexasset fulmina motu
Sed parce metuere minas. orbiq; timentes
Ante pedes soliumq; ducis fudere seueram
Caniciem. genibusq; suis cum supplice fletu
Admouere manus quaz sub iure tenentur
Omnia. que seriem fatorum pollice ducunt
Longaq; ferratis euoluunt secula pensis
Prima fero lathesis clamabat talia regi
Incultas dispersa comas

Lathesis plutoni.

O maxime noctis
Arbiter. umbrarūq; potens. cui nostra laborant
Stamina. qui finem cūctis et semina prebes
Nascendiq; vices alterna morte rependis
Qui vitam letūq; regis. nam quicquid vbiq;
Signit materies. hoc te donante creatur
Debeturq; tibi certis ambagibus eui
Ne pete firmatas pacis dissoluere leges
Quas dedim⁹. neuitq; colus. neu federa fratrum
Ciuiti conuerte tuba. cur impia tollis
Signa? quid incestis aperis tytanibus auras?
Posce iouem. dabitur coniunx.

Poeta.

Dix ille pepercit
Erubuitq; preces. animusq; relanguit atrox
Quāuis indocilis flecti
Tum maya genitum qui feruida dicta reportet
Imperat acciri. cillenius affuit ales
Sompniferam quatiens virgā. tectusq; galero
Pluto rudi sultus solio. nigraq; verendis

Maestate sedet. squalent imania fedo
Sceptra situ. sublime caput mestissima nubes
Asperat. et dure riget inclementia forme
Terrorem dolor augebat. tunc talia celso
Ore tonat. tremefacta silent dicente tyranno
Atria. latratum triplicem compescuit ingens
Janitor. et presso lacrimarum fonte resedit
Colchitus. tacitisq; acheron obmutuit undis
Et flegetontee requierunt murmura ripe

Pluto mercurio.

Aethlantis tegee nepos comune profundis
Et superis numen. qui fas per limen vtrūq;
Solut habes. geminoq; facis commercia mūdo
Iceler. et prescinde nothos. et iussa superbo
Redde ioui. Tantum ne tibi seuissime frater
In me iuris erit: sic nobis noxia vires
Cum celo fortuna tulit: nū robor et arma
Perdidimus si rapta dies: an forte latentes
Ignauosq; putas. q; non ciclopeia tela
Stringim? an vanas tonitru deludim? auras?
Nonne satis visum est grati q; luminis expers
Tercia supreme patior dispendia sortis
Informisq; plagas. cum te clarissimus ornet
Signifer. et varios cingāt splendoze triones
Sed thalamos etiā prohibes. nereya glauco
Neptunum gremio complectitur amphitriotem
Te consanguineo recipit post fulmina fessum
Iuno sinu. quid enim narrem latonia furta
Quid cererē. magnāq; theti. tibi tāta creandi
Copia. te felix natozum turba coronat
Ast ego deserta manens inglorius aula

Implacidas nullo solabor pignore curas:
Nun adeo toleranda quies? Primordia testor
Noctis. et horrenda stagna intemerata paludis
Si didis parere negas. patefacta ciebo
Tartara. saturni veteres laxabo catenas
Obducam tenebris solem. et compage soluta
Lucidus umbroso miscbitur axis auerno

Poeta.

Vix ea fatus erat. iam nūcius astra tenebat
Audierat mandata pater. secumq; volutat
Diuerfos ducens animos. que femina tale
Coniugium. stigiosq; velit pro sole recessus
Certa requirenti tandem sententia sedit
Ethnee cereri proles optata virebat
Vnica nec tribuit sobolem lucina secundam
Fessaq; post primos heserunt viscera partus
Infecunda quidem. sed cunctis altior extat
Matribus. et numeri dampnū proserpina pēsat
Hanc fouet. hāc sequit̃. vitulā nō blādus ambit
Torua parens. pedib; que nudum proterit arua
Nec noua lunate curuauit cornua frontis
Iam vicina thoro plenis adoleuerat annis
Virginitas. tenerū iam pro nuba flāma pudorē
Sollicitat. mixtaq; tremat formidine votum
Personat aula procis pariter pro virgine certāt
Mars clipeo melior. phebus prestantior arcu
Mars donat rodopem. phebus largitur amictas
Et delon. clariosq; lares. huic emula iuno
Huic poscit latona nurum. despexit vtrumq;
Flaua ceres. raptusq; timens. heu ceca futuri
Infidis laribus natam cōmisit alendam

Ethnam deseruit. siculas hanc mittit in oras
Ingenio confisa loci. Trinacria quondam
Italie pars vna fuit. sed pontus et estus
Mutauere situm. rupit confinia nereus
Victor. et absisos interfuit equore montes
Paruaq; cognatas prohibet discrimina terras
In medio scopulis se proripit ethna perustis
Ethna gyganteos nunq; tacitura triumphos
Encheladi bustum qui saucia terga reuinctus
Spirat inexhaustu flagranti vulnere fumum
Et quotiens detractat onus ceruice rebelli
In leuum dextrumq; latus. tunc insula fundo
Vellitur. et dubie nutant cum mensibus vrbes
Ethneos apices solo cognoscere visu
Non aditu temptare licet. pars cetera frondet
Arboribus. nullo teritur cultore cacumen
Hic ubi seruandum mater fidissima pignus
Abdidit. ad phrygios tendit secura penates
Turrigeraq; petit cibelem. iam linquit ethna
Totaq; decrescit refugo trinacria visu
Heu quotiens presaga mali violauit abortu
Rore genas. quotiens oculos ad tecta reuertit
Talia voce mouens

Ceres trinacrie.

Salve gratissima tellus
Qua nos pretulimus celo. tibi gaudia nostri
Sanguinis et caros vteri comendo labores
Praemia digna manent. nullos patiere ligones
Et nullo rigidi versabere vomeris ictu
Sponte tuus flozebit ager cessante iuuenco
Ditior oblatas mirabitur incola messes

Poeta.

Sic ait. et fuluis tetigit serpentibus ydam
Hic sedes augusta dee. templiqz colendi
Religiosa silex. densis quam pinus opacat
Fronibus. et nulla lucos agitante procella
Stridula coniferis modulatur carmina ramis.
Terribiles intus tyasi. vesanaqz mixto
Concentu delubra gemunt. vlulatibus yda
Hachatur. tumidas inclinant gargara siluas
Postqz visa ceres mugitum tympana frenant
Conticuere chozi. coribas non impulit enses
Non buxus. non era sonant. blandiqz leones
Submisere iubas. aditis gauisa cybele
Exilit. et pronas extendit ad oscula turres
Viderat hec summa dudum speculatus ab arce
Jupiter. ac veneri mentis penetralia nudat

Jupiter veneri.

Curarum secreta tibi citharea fatebor
Candida tartareo nuptum proserpina regi
Iamdudum est decreta dari. sic atrops vrget
Sic cecinit longeua themis. nunc matre remota
Rem peragit tempus. fines inuade cicanos
Et cereris prolem patulis illudere campis
Crastina phebeos dum lux detexerit ortus
Coge tuis armata dolis quibus vrere cuncta
Me quoqz sepe soles. cur infima regna quiescunt
Sentiat ardores acheron. ditisqz seueri
Ferrea lasciuis molescant corda sagittis

Poeta.

Accelerat precepta venus. iussuqz parentis
Pallas. et inflexo que terret menala cornu

Ad dunt se comites. diuino semita gressu
Claruit. augurium qualis laturus iniquum
Pnceps sanguineo dilabitur igne cometes
Prodigiale rubens. non illum nauita tuto
Non impune vident populi. sed crine minaci
Nunciat aut ratibus vctos. aut vrbibus hostes
Deuenero locum cereris quo tecta nitebant
Ciclopum firmata manu. stant ardua ferro
Menia. ferrati postes. immensaq; nectit
Claustra calibs. nullū tanto sudore piragmon
Nec stozopes construxit opus
Atria cingit ebur. trabibus solidatur aems
Culmen. et in cellas surgunt electra colūpnas
Ipsa domū tenero mulcens proserpina cantu
Irrita texebat rediture munera matri
Hic elementoz seriem. sedesq; paternas
Insignibat acu. veterem qua lege tumultum
Discernit natura parens. et semina iustis
Discessere locis. quicquid leue fertur in altum
in medium grauiora cadunt. incanduit ether
Egit flāma polum. fluxit mare. terra pependit
Nec color vnus erat. stellas accendit in auro
Ostro fundit aquas. attollit litora gemmis
Necnon et patroi pingit sacraria ditis
Fatalesq; sibi manes. Non defuit omen
Prescia nam subitis madauerūt fletib; ora
Ceperat et vitreis summo iam margine texti
Occeanum sinuare vadis. sed cardine verso
Cernit adesse deas. impfectumq; laborem
Deserit. et niueos intinxit purpura vultus
Per liquidas succensa genas. casteq; pudoris

Illuxere faces. non sic decus ardet eburnum

Lidia sydonio quod femina tinxerat ostro

Poeta. Ethna. Venus. Actus. ij.

IAmq; viā pluto superas mollitur ad arces

Germani monitu. toruos. inuisa iugales

Medho themone ligat. qui pascua mandunt

Colchiti. pratib; herēbi nigrantibus errant

Stagnaq; tranquille potantur marcida lethes

Orneus crudele micans. ethonusq; sagitta

Occioz. et stighi sublimis gloria motheus

Armenti. ditib; nota signatus alaster

Stabant ante fores vincti. seuq; fremebant

Crastina venture spectantes gaudia prete

Iamq; audax animi fidemq; oblita parentis

Fraude dyonea rigidos proserpina saltus

Sic parce voluere. petit. ter cardine verso

Pzelagium cecinere fores. ter conscia fati

Flebile terrificis gemuit mugitibus ethna

Nullis illa tamen monstris. nullog; tenetur

Prodigio. comites gressus iunxere sozozes

Quas inter cereris proles nūc gloria matris

Mox dolor equali tendit per gramina passu

Rimpha decēs. nec honore minor. potuitq; videri

Pallas. si clipeum ferret. si spicula plebe

Viderat herbofo sacrum de vertice vulgus

Ethna parens floz. curuq; in valle sedentem

Compellat zephirum.

Ethna zephiro.

Pater o gratissime veris

Qui mea lasciuo regnas per prata volatu

Semper et assiduīs irrozas flatibus annum

5
Respice nimpharum cetus. et celsa tonantis
Germina per nostros dignantia ludere campos
Nunc assis. faueasq; precor. nunc omnia fetu
Pubescant virgulta velis. vt fertilis ybla
Quicquid thuriferis spirat panthaia siluis
Quicquid odoratus longe blanditur ydaspes
Quicquid ab extremis ales longeuia colonis
Colligit optato repetens exordia seculo
In venas disperge meas. et flamine largo
Rura foue. merear diuino pollice carpi
Et nostris cupiant ornari numina sertis

Poeta.

Dixerat. ille nouo madidantes nectare pēnas
Concutit. et glebas secundo roze maritat
Quaq; volat vernus sequit rubor. oīs i herbas
Turget humus. medioq; patent cōnexa sereno
Sanguineo splendoze rosas. vaccinea nigro
Imbuit et dulci violas ferrugine pingit
Huc elapsa cohors gaudet per florida rura
Hortatur citharea legant.

Venus palladi et dyane sorozibꝫ.

Nunc ite sorozes
Dum matutinis persudat solibus aer
Dum meus humedat flauētes lucifer agros
Roranti preuectus equo.

Poeta.

Sic fata. dolozis
Carpit signa sui. varios tunc cetera flores
Inuasere cohors. credas examina fundi
Ybleum raptura thimū. dum cerea reges
Castra mouent. fagiq; caua dimissus ab aluo

Mellifer electis exercitus obstrepat herbis
Pratorum spoliatur honos. hec lilia fuscis
Intexit violis. hanc mollis aramatus ornat
Hec graditur stellata rosis. hec alba ligustris
Te quoque flebilibus merens iacinde figuris
Parvisumque metunt. nunc inclita gramina veris
Prestantes olim pueros. tu natus amicis
Hunc elycon genuit. disci te perculit error
Hunc fontis decepit amor. te fronte reuulsa
Delius. hunc fracta cepheius harundine luget
Estuat ante alias auido seruoze legendi
Frugifere spes una de. nunc vimine textos
Ridentes calathos spoliis agrestibus implet
Nunc sociat flores. sese ignara coronat
Augurium fatale thori. quin ipsa tubarum
Armozumque potens dextram qua fortia turbat
Almina. qua stabiles portas et menia vellit
Jam leuibus laxat studijs. hastamque reponit
Insuetisque docet galeam mitescere sertis
Ferratus lasciuit apex. horrozque recessit
Martius. et criste pacato fulgure vernant
Hec que perthemium canibus scrutatur odorem
Aspernata thozos. libertatemque comarum
Iniecta voluit tandem frenare corona

Poeta. Pallas. Diana.

Proserpina. Pluto. Actus. iij.

T Alia virgineo dum passim moze leguntur
Ecce repes mugire fragor. colligere turres
Pronaque vibratis de sedibus opida verti
Causa latet. dubios agnouit sola tumultus
Diua paphi. mixtoque metu perterrita gaudet

Iamq; per anfractus animarū rector opacos
Sub terris querebat iter. iam tertius heres
Saturni latebrosa vagis rimatur habenis
Deuia. fraternum cupiens exire per urbem
Ianua nulla patet. prohibebant vndiq; rupes
Opposite siculaq; deum compage tenebant
Non tulit ille moras. indignatusq; trabali
Saxa ferit sceptro. sicule sonuere cauerne
Turbatur liparis. stupuit fornace relicta
Muciber. et trepidus deiecit fulmina cyclops
Audēt et si quem glacies alpina coerces
Et qui te latis nundum precinde tropheis
Tibzi natat. missamq; pago qui remigrat alnū
Postq; victa manu duos trinacria nexus
Soluit. et imenso late discessit hyatu
Apparet subitus celo timor. astra viarum
Mutauere fidem. vetito se prebuit arthos
Equore. precipitat pigrum formido boetem
Horruit orion. audito palluit athlas
Hynnitū. rutilos obscurat anhelitus axes
Discolor. et longa solitos caligine pasci
Terruit orbis equos. pressis hesere lupatis
Attoniti meliore polo. rursusq; verendum
In chaos obliquo certant themone reuerti
Mox vbi pulsato senserunt verbera tergo
Et solem didicere pati. torrentius amne
Hiberno. totaq; ruunt pernitiū hasta
Sanguine frena calent. corrūpit spūs auras
Uetifer. infecte spumis viciantur harene
Diffugiunt nimphe. rapitur proserpina curru
Imploratq; deas. iam gorgonis ora reuelat

Pallas. et intento festinat delia telo
Nec patruo cedunt. stimulat cōmunis in arma
Virginitas. crimēq; feri raptoris acerbat
Ille velut stabuli decus armentiq; iuuentam
Cum leo possedit nudataq; viscera fodit
Vnguibus. et rabiem totos exegit in armos
Stat crassa turpis sanie. nobosq; iubarum
Excutit. et viles pastorum despicit iras

Pallas plutoni.

Ignauī domitor vulgi. deterrime fratrum
Prochnefas. et q̄ te stimulis facib;q; prophanis
Eumenides egere tue. cur sede relicta
Audēs tartareis celum infestare quadrigis
Sunt tibi deformes furie te coniuge digne
Fratris lingue domos. alienam desere sortem
Rode tua contentus abi quid viua sepultis
Admiscēs. nostrū quid proteris aduena mūdū

Poeta.

Talia vociferans auidos transire minaci
Cornipedes vmbone ferit. clipeoq; retardat
Pallas. gorgoneisq; premens assibilat ydria
Pretentaq; operit crista. vibratur in altum
Fraxinus. et nigros illuminat obuia currus
Missaq; pene foret. ni iupiter ethere summo
Pacificas rubri torisset fulminis alcis
Confessus socerum. nymbis hymenē yulcis
Intonat. et testes firmant cōubia flāme
Inuite cessere deē. compescuit arcum
Cum gemitu. talesq; dedit latonia voces

Dyana proserpine.

Sis memoz. o longū vale reuerentia patris

Obstitit auxilio. nec nos insistere contra
Possumus. imperio vnici maiore fatemur
In te coniurat genitor. populoq; silenti
Traderis. heu cupidas nunq̃ visura sorores
Equalemq; thorum. que te fortuna supernis
Abstulit. et tanto dampnavit sidera ludu:
Jam neq; perthemis incedere rethia lustris
Nec pharetras gestare licet. securus vbiq;
Spumet aper. seuq; fremant ipune leones
Te iuga tageti. posito te menala flebunt
Venatu. mestq; diu lugebere cintho
Delphica quinetiā fratris delubra tacebunt

Poeta.

Interea volucris fertur proserpina curru
Cesariem diffusa notho. planctuq; lacertos
Verberat. et questus ad nubila rumpit inanes

Proserpina ioui.

Cur non torzisti manibus fabricata ciclopum
In me tela pater. sic me crudelibus vmbis
Tradere. sic toto placuit depellere mundo
Nullane te flectit pietas. nullumq; paterne
Mentis inest. tātas quo crimine mouimus iras
Non ego cum rapido seuiret flegia tumultu
Signa deis aduersa tuli. nec robore nostro
Ossa pzuinosum vexit glacialis olimpum
Quod conata nephas. aut cuius cōscia culpe
Exul ad imanes herebi detrudoz hyatus.
O fortunatas aliq̃ quascunq; tulere
Raptores. saltem cōmuni sole fruuntur
Sed michi virginitas pariter celūq; negatur
Eripitur cum sole pudor. terrisq; relictis

Eternum Rigio ducoꝝ captiua tyranno
O male dilecti floꝛes. deſpectaq; matris
Imperia. o veneris deꝑꝛenſe ſerius artes
Mater po. ſeu te phꝛigys in vallibus ꝑꝛe
Migdoneo buxus circūſonat horrida cantu
Seu tu ſanguineis vlulantia dindima gallis
Incolis. et ſtrictos curetum reſpicis enſes
Exicio ſuccurre meo. compelſce furentem
Comꝑꝛime ferales toꝛui ꝑꝛedonis habenas

Poeta.

Talibus ille ferox dictis fletuq; decoꝛo
Vincitur. et ꝑꝛimi ſuſpiria ſenſit amoris
Tunc ferrugineo lacrimas detergit amictu
Et placida meſtum ſolatur voce doloꝛem

Pluto proſerpine.

Deſine funeſtis animū proſerpina curis
Et vano vexare metu. maiora dabuntur
Sceptra. nec indigni tedas patiꝛe mariti
Ille ego ſaturni ꝑꝛoles. cui machina rerum
Seruit. et imenſum tendit ꝑ inane poteſtas
Amiſſum nec crede diem. ſunt altera nobis
Sidꝛa. ſunt ozbes alij. lumen ꝑꝛ videbis
Purius. eliſiumq; magis mirabere ſolem
Cultozesq; pios. illic ꝑꝛecioſioꝛ etas
Aurea ꝑꝛogenies habitat. ſemperq; tenemus
Quod ſuperi tenuere ſemel. nec mollia deſunt
ꝑꝛata tibi. zephyris illic melioꝛibus alant
ꝑꝛpetui floꝛes quos nec tua ꝑꝛotulit ethna
Eſt etiam lucis arboꝛ ꝑꝛediues opacis
Fulgentes viridi ramos curuata metallo
Hec tibi ſacra datur. fortuna tamq; tenebis

Autūnum. et fuluis semper ditabere pomis
Parua loquor. quicquid liquid? cōplectitur aer
Quicquid alit tell? quicquid maris eq̃ra verrūt
Quod fluuū voluūt. quod nutriuere paludes
Cūda tuis pariter cedent animantia regnis
Sub tua purpurei venient vestigia reges
Deposito luxu turba cum paupere mixti
Omnia mors equat. tu dampnatura nocētes
Improba cogentur vite commissa fateri
Accipe letheo famulas cum gurgite parcas
Sit fatum quodcunq; volens

Poeta.

Hec fatus ouantes
Exhortatur equos. et tartarā mitior intrat
Conueniunt anime quantas violentior auster
Decutit arboribus frōdes. aut nubibus ymbres
Colligit. aut frāgit fluctus. aut torquet harenas
Cūdaq; precipiti stipantur tartara cursu
Insignem visura nurum. mox ipse serenus
Ingreditur facili passus mollescere risu
Dissimilisq; sui. dominis intransibus ingens
Assurgit flegeton flagrantibus hispida riuis
Barba madet. totoq; fluunt incendia vultu
Occurrunt propere leta de plebe ministri
Pars altos reuocat currus. frenisq; solutis
Vertunt emeritos ad pascua nota iugales
Pars aulea tenent. alij pretexere ramis
Limina. et in thalamū cultas extollere vestes
Ast alij festas incendunt lumine tedas
Reginam casto cinxerunt agmine matres
Elisie. teneroq; leuant sermone timores

Et sparſos religant crines. et vultibus addūt
Flāmea ſollicitum pzeuelatura pudorem
Pallida letatur regio. gentesq; ſepulte
Luxuriant. epulisq; vacant genialibus vmbze
Rumpunt inſoliti tenebroſa ſilentia cantus
Grata coronati peragunt conuiuiā manes
Sedantur gemitus herebi. ſe ſponte relaxat
Squalor. et eternā patitur rareſcere noctem
Orna nec incertas verſat mynora ſortes
Verbera nulla ſonant. nullog; fremētia ludu
Impia dilatis reſpirant tartara penis
Non rota ſuſpenſum pzeceps yxiona torquet
Non aqua tantaleis ſubducitur inuīda labris
Soluitur yxion. inuenit tantalus vndas
Et ticius tandem ſpacioſos erigit artus
Squalentisq; nouem detexit iugera campi
Tantus erat. laterisq; piger ſulcator opaci
Inuitus trahitur laſſo de pectore vultur
Abreptasq; dolet iam nō ſibi creſcere fibras
Oblite ſclerum formidatiq; furozis
Eumenides crathera parant. et vina feroci
Crine bibunt. flexisq; minis iam lene canentes
Extendunt ſocios ad pocula plena cera. ites
Tunc et peſtiferi pacatum flumen auerni
Innocue tranſiſtis aues. flatumq; repreſſit
Auxantus. fixo tacuit torrente vorago
Tunc acheronteos mutato gurgite fontes
Lacte nouo tumuiſſe ferūt. hederisq; virentem
Colchiton dulij perhibent vndaſſe lieo
Stamina nec rupit lathelis. nec turbida ſacris
Obſtrepitāt lamēta chozis. mors nulla vagatur

9
In terris nulliq; rogam planxere parentes
Nauita non moritur fluctu. nec cuspide miles
Opida funerei gaudent immunia lethi
Impeyamq; senex velauit harundine frontem
Portitor et vacuos egit cum carmine remos
Iam suus inferno processerat hesperus orbi
Ducitur in thalamū virgo. stat pronuba iuxta
Stellantes nox pida sinus. tangensq; cubile
Omnia perpetuo genitalia federe sanxit
Exultant cum voce pñ. ditisq; sub aula
Talia peruigili fumant exordia plausu
Nostra potens iuno. tuq; o germane tonantis
Et gener. vnanimis consortia ducite sompni
Mutuaq; alternis innectite colla lacertis
Iam felix oritur proles. iam leta futuros
Expectat natura deos. noua numina rebus
Addite. et optatos cereri proferte nepotes

Finit raptus proserpine Tragedia
prima heroica. Incipit secunda.

Poeta. Jupiter. Actus. 1.

Jupiter iterea cinctā theumātida nimbis
Ire iubet. totoq; deos accessere mundo
Illa colorato zephiros illapsa volatu
Numina cōclamat pelagi. nimphasq; morantes
Increpat. et fluuios humētibus euocat antris
Ancipites trepidiq; ruunt. que causa quietos
Excierit. tanto que rea agitata tumultu
Ut patuit stellata domus. considere iussi
Nec confusus honoz. celestibus ordine sedes
Prima datur. tradum procures tenuere secundū
Equorei. placidus nereus. et lucida phorci

Canicies. glaucum series extrema bifor mem
Accipit. et certo mansurum prothea vultu
Necnon et senibus fluuijs concessa sedendi
Gloria. plebeis stat cetera more iuuentus
Mille annes. liquidis incubunt partibus vde
Naiades. et taciti mirantur sidera fauni

Iupiter deoz cetui.

Adduxere meas iterum mortalia curas
Ipsa quidem neglecta michi saturnia post
Ocia. et ignaui. senium cognouimus eui
Sopitosq; diu populos torpore paterno
Solicite placuit stimulos impellere vite
Incultis ne sponte seges grandesceret aruis
Vndaret ne silua fauis. neu vina tumerent
Fontibus. et toto fremerent in pocula ripe
Haud equidem inuideo. nec eni luescere fas est
Vel nocuisse deos. sed q; dissuasor honesti
Luxus et humanas oblimat copia mentes
Prouocet vt segnes animos. reruq; remotas
Ingeniosa vias paulatim explorat egestas
Vtq; artes pariat solertia. nutriet vsus
Nunc michi cum magnis instat natura querelis
Humanu releuare genus. durumq; tyrannum
Immitemq; vocat. regnataq; secula patria
Comemorat. paruq; iouem se diuite clamat
Qd campos horrere situ dumisq; repleti
Rura velim. nullis exornem fructibus annum
Se que iam nutrix mortalibus ante fuisset
In dire subito mores transire nouerce
Quid mente traxisse polo. quid profuit altum
Erexisse caput. pecudum si more perrant

10
 Alia. si frangunt cōmunia pabula glandes
 Heccine vita iuuat siluestribus addita lustris
 Indiscreta feris. Tales cum sepe parentis
 Pertulerim questus. tandem clementior orbi
 Calhonia statui gentes auertere glande
 Atq; ideo cererem que nunc ignara malorū
 Verberat p̄dos torua cum matre leones
 Per mare per terras auido discurrere ludū
 Decretum est. nate donet letata reperte
 Indicio tribuat fruges. cursusq; feratur
 Rubilus ignotas populis sparsurus aristas
 Quid si quis cereri raptorem prodere diuum
 Audeat. imperij molem. pacemq; profundam
 Obtestor rerum. natus licet ille soror ve
 Vel coniunx fuerit. natarū et agminis vna
 Se licet ille meo conceptum sanguine iacet
 Sentiet iratum. procul egyp̄e sentiet idū
 Fulminis. et genitum diuina stirpe pigebit.
 Optabitq; mori. cum vulnere saucius ipse
 Tradetur genero luiturus prodita regna
 Et sciet an proprie conspirent tartara cause
 Hoc sanctū est. mansura fluant. hoc ordine fata
 Dixit. et horrendo concussit sidera motu

Poeta. Ceres. Proserpina.

Cybele. Electra. Actus. ij.

A T procul armisoni cererē sub rupib; antri
 Secura placidamq; diu iam certa peracti
 Terrebant simulacra mali. noctesq; timorem
 Ingeminant. omniq; perit proserpina sompno
 Namq; modo aduersis inuadi viscera telis
 Nunc sibi mutatas horret nigrescere vestes

Nunc steriles medijs frondere penatibus ornos
Stabat preterea luco dilectior omni
Laureus. virgineos quondam que fronde publica
Umbrabat thalamos. hanc imo supite cesam
Vidit. et incompertos fedari pulvere ramos
Quesiuitque nephas. driades dixere gementes
Tartarea furias debellauisse bipenni
Sed nunc ipsa sui iam non ambagibus ullis
Puncia materno facies impressa sopori
Namque videbatur tenebroso obducta recessu
Carceris. et seruis proserpina vincula cathenis
Non qualem siculis olim mandauerat aruis
Non qualem roseis olim conuallibus ethne
Suspexere deae. squalebat pulcrior auro
Cesaries. et nox oculoꝝum infecerat ignes
Exhaustusque gelu pallet color ille superbi
Flameus oris honos. et non cessura pruinis
Membra colorantur picei caligine regni
Ergo hanc ut dubio vix tandem agnoscere visu
Eualuit genitrix in talia verba prorupit
Ceres proserpine.

Prochdolor et cuius tot pene criminis hec sunt
Vnde hec informis macies. cui tanta potestas
In me seuitie. rigidi cur vincula ferri
Dix aptanda feris molles meruere lacerti?
An mea tu proles. an vana fallimur umbra?

Proserpina cereri.

Illa refert. Heu dira parens. nateque perempte
Immemor. heu fuluas animo transgressa leones
Tanta ne te nostri tenuere obliuia. tantum
Vnica despicio? certe proserpina nomen

Dulce tibi. tali que nunc vt cernis hyatu
Supplicis inclusa feroz. quid seua chozeis
Indulges. phrigias cur nunc interstrepis vrbes?
Quod si non omnem repulisti pectore matrem
Si tu nostra ceres. et non me caspia tigris
Edidit. his oro miseram defende cauernis
Inq; superna refer. prohibent si fata reuertri
Vel tantum visura veni.

Poeta.

Sic fata trementes
Tendere conatur palmas. vis improba ferri
Impedit. et motu sompnum soluere cathene
Obrigit visis. gaudet nec vera fuisse
Complexu caruisse dolet. penetralibus amens
Prosilat. et tali compellat voce cybelem

Ceres cybele.

Jam non ulterius phrigia tellure morabor
Sancta parens. reuocat tandem custodia cari
Dignoris. et tantis obiecti fraudibus anni
Nec michi ciclopum quis extructa caminis
Culmina fida satis. timeo ne fama latebras
Proderit. leuiusq; meum trinacria seruet
Depositum. terret nimium vulgata locorum
Nobilitas. alijs sedes obscurior oris
Exquirenda michi. gemitu flammisq; propinquis
Encheladi nequiunt umbracula nostra taceri
Sompnia quinetiam varijs infesta figuris
Sepe mouent nullusq; dies nisi triste minatur
Augurium. quotiens flauentiaserta comaz
Spote cadunt. quoties exundat ab vbere sanguis
Larga vel inuito prorumpunt flumina vultu

Inuiteq; manus mirantia pectora tondunt
Si buxos inflare velim. ferale gemescunt
Tipana si quatiā. plandū michi tipana reddūt
Ha vereor ne quid pretendant omnia veri
Ha longe nocuere more

Cybele cereri.

Ne tanta tonanti
Segnities. vbi nō pro pignore fulmina mittat
I tamen. et nullo turbata reuertere casu

Poeta.

Hec vbi. digreditur templis. sed nulla ruenti
Mobilitas. tardos queritur non ira dracones
Immeritalq; mouens alterno verbere pennas
Sicaniam querit. cum nondū ascenderit ydam
Cuncta pauet. speratq; nichil. sic esuat ales
Que teneros humili fetus cōmiserat orno
Allatura cibos. et plurima cogitat absens
Ne fragilem ventus discusserit arboze nidum
Ne furtum fiat homini. ne preda colubzis
Ut domus excubijs incustodita remotis
Et resupinati neglecto cardine postes
Flebiles et tacite species apparuit aule
Hesperunt lacrimae. nec vox. nec spiritus ozis
Redditur. atq; imis vibrat timor ossa medullis
Succidui titubant gressus. foribusq; reclusis
Dum vacuas sedes et desolata pererrat
Atria. semirutas confuso stamine telas
Atq; interceptas agnoscit pectinis artes
Diuinus perit ille labor. spaciūq; relictum
Audax sacrilego supplebat aranea textu
Hoc deflet plangitq; malū. tamē oscula tele

Figit. et abrumpit multas in fila querelas
Attritosq; manu radios. proiectaq; pensa
Cunctaq; virgineo sparsa oblectamina ludo
Interea obscura tectorum in parte latentem
Conspicit electram nate que sedula nutrix
Oceani priscas inter notissima nymphas
Par cereri pietas. hec post cunabula dulci
Ferre sinu. summog; ioui deducere paruum.
Sueuerat. et genibus ludentem aptare paternis
Hec comes. hec custos. hec proxia mater haberi
Tunc laceras diffusa comas. et puluere canos
Sordida. sideree raptus lugebat alumpne
Hanc aggressa ceres. postq; suspiria tandem
Laxauit frenosq; dolor.

Ceres electre.

Quod cernimus inquit.
Excidum. cui preda feroz. regnat ne maritus?
An celum tytanes habent. que talia uiuo
Ausa tonante manus. rupit ne typheia dux
Praminem. fractaq; iugi compage ueseni
Alceonus tyrrena pedes per stagna cucurrit?
An vicina michi quassatis ignibus ethna
Protulit encheladū. nostros an forte penates
Appetit centum hriaeria turba lacertis?
Deus ubi nūc ē nata michi. quo mille ministre?
Quo ciane? volucres quevis syrenes abegit?
Beccine vestra fides?

Electra cereri.

Soboles utinam uesana gygantum
Hanc dederit cladem. leuius cōmunia ledunt
Sed diue multoq; minus quod rere sorores

In nostras nimium coniurauere ruinas
Insidias superum cognataq; vulnera cernis
Inuidie. flegra nobis infensior ether
Flozebat tranquilla domus. nec limina virgo
Linquere. nec virides audebat visere saltus
Preceptis obstructa tuis. tele labor illi
Sprenes requies. sermonū gracia mecum
Mecum sompnus erat. tacitiq; per atria ludi
Cum subito. dubium quonam mōstrante latebras
Prescierit. citharea venit. suspectaq; nobis
Re forzet. hic phebem comites hic pallada duxit
Protinus effuso letam se fingere risu
Nec semel amplecti. nomenq; iterare sororis
Et dura de matre queri. que tale recessu
Maluerit dampnare decus. vetitamq; deorum
Colloquio. patrīsq; procul mandauerat astris
Prima venus campos ethneaq; rura maligno
Ingerit afflatu. vicinos callida flores
Ingeminat. meritūq; loci velut inscia querit
Dum loca miratur. studio dum flagrat eundi
Persuadet. teneris heu lubrica moribus etas
Quos ego nequicq; plandus. quos irrita fudi
Ore preces: ruit illa tamen confisa sororum
Presidio. famule longo post ordine nymphe
Itur in eterno vestitos gramine colles
Et prima sub luce legunt. cū rose serenus
Alget ager. sparsosq; bibunt violaria succos
Sed postq; medio sol altior extitit axe
Ecce polū nox feda rapit. tremefactaq; nutat
Insula. cornipedum strepitu pulluq; rotarum
Rosie nec aurigam licuit. seu mortifer ille

Seu mors ipsa fuit. liuor pmanat in herbas
Deficiunt riuī. squalent rubigine prata
Et nichil afflatu uiuit. pallere ligustra
Expirare rosas. decrefcere lilia uidi
Ut rauco reduces tractu detozsit habenas
Nox sua prosequitur currum. lux redditur orbi
Disparuit nata. voto redire peracto
Nec mansere dee. medijs inuenimus aruis
Exanimem cianem. ceruix redimita iacebat
Et caligantes marcebant fronde corone
Aggredimur tacite. casusq; scitamus heriles
Nam propior cladi steterat. quis vultus equorū
Quis regat. illa nichil. tacito sed lesa veneno
Solutur in laticem. subrepsit crinibus humoz
Liquitur. in roremq; pedes et brachia manant
Nostraq; mox lambit vestigia perspicuus fons
Discedunt alie rapidis achiloydes alis
Sublate. ficuli latus obsedere pelori
Accensq; malo iam non impune canoras
In pestem uertere liras. vox blanda carinas
Alligat. audito frenantur carmine remi
Sola domi ludu senium tractura relinquo

Poeta.

Heret adhuc suspensa ceres. et singula demens
Ceū nundū transacta timet. mox luiam torquēs
Vultu ad celicolas furioso pedoze fertur
Factaq; iam toto demens bachatur olimpo

Ceres veneri palladi et dyane.

Reddite celicole. non me vagus edidit amnis
Non driadum de plebe sumus. turritura cybele
Me quoq; saturnus genuit. quo iura deorum

Quo leges cecidere poli. quid viuere recte
Proderit: en audet nati cytharea. pudoris
Ostentare suos post leuia vincula vultus
Hos animos bonus ille sopor. castumq; cubile
Prebuit. amplexus hoc promeruerunt pudici
Nec mirum si turpe nichil post talia ducit
Quid vos expertes thalami. tantum ne relictus
Virginitatis honor. tantum mutata voluntas:
Jam veneri iuncte socijs raptoribus itis
O templis sicie. atq; hominem sitientibus aris
Vtraq; digna coli. tanti que causa furoris:
Quam mea vel dicto tenui proserpina lesit:
Scilicet an earis pepulit te delia filius:
Aut tibi commissas rapuit tritonia pugnas:
Aut grauis eloquio vestros an forte petebat
Importuna choros: at quin trinacria longe
Esset ne vobis oneri &serta colebat
Quid latuisse iuuat: rabiem liuoris acerbi
Nulla potest placare quies.

Poeta.

His increpat omnes
Vocibus. ast illas prohibet reuerentia patris
Aut reticent. aut nosse negat. responsaq; matri
Dant lacrimae. quid agat. flectit se. seq; remittit
Inq; humiles dilapsa preces his talia fatur

Ceres palladi et dyane.

Ignoscite si quid
Intuimur pietas. si quid flagrantius actum est
Quam miseros decuit. supplex miserandaq; vestris
Aduoluo genibus. liceat cognoscere sortem
Hoc tamen liceat. tanti nunc unde dolores

Scire peto que forma mali. quācumq; tulistis
Fortunam sit nota feram. fatumq; putabo
Non scelus. aspectū precor indulgite parenti
Non reputam quesita manu securus habeto
Quisquis es. affirmo predam desiste vereri
Quod si vos aliquo preuenit federe raptor
Tu certe latona refer. confessa dyana
Forte tibi. nosti quid sit lucina. quis horroz
Pro genitis. et quantus amor. partusq; tulisti
Tu geminos. hec vna michi. sic crine fruaris
Semper apoilneo. sic me felicior euum
Mater agas. largis nūc ymbribus ora madescūt
Quid tantum dignū est fleri. dignumq; taceri
Hei michi discedunt omnes. quid vana moraris
Vltius nam bella palam celestia sentis
Quinpotius natam pelago terrisq; requiras
Alcingar lustrare diem. per deuia queq;
Indefessa ferar. nulla cessabitur hora
Non requies nō sompn⁹ erit. dū pign⁹ adeptū
Inueniam. gremio quous mergatur hybere
Thetios. aut rubro iaceat vailata profundo
Non reni glacies. non me riphea tenebunt
Frigora. nec dubio syrtis cunctabitur esu
Stat finem penetrare nothi. bozeq; niualem
Vestigare domum. primo calcabitur athlas
Occasu. facibusq; meis lucebit ydaspes
Impius errantē videat per rura per vrbes
Iupiter extincta satietur pellice iuno
Insultate michi celo regnante superbi
Ducite preclarum cereris de stirpe triūphum

Poeta. Ceres. Adu. iij.

H Ec fatur. notisq; iugis illabitur ethne
Lucus erat prope flumē achī qđ cādidā p̄fert
Sepe mari pulcroq; secat galathea natatu
Densus et innexis. ethnea cacumina siluis
Quālibet vsq; tegens. illic posuisse cruentum
Egyda. captiuamq; pater post p̄elia p̄dā
Aduexisse datur. flegreis silua superbit
Exuūis. totumq; nemus victoria vestit
Hic patuli ridus. et prodigiosa gygantum
Tergora dependent. et adhuc crudele minatur
Affixe truncis facies. immaniaq; ossa
Serpentū passim tumultis exanguibus albens
Et rigide multo suspirant fulmine pelles
Nullaq; non magni se iadat nomnis arbor
Hec centum gemini stridos egeonis enses
Curuata vix fronde leuat. liuentibus illa
Exultant cachi spolijs. hec arma mynantis
Sustinet. hos onerat ramos exutus olivon
Altior aut cundis abies vmbrosa q; late
Ipsius encheladi fumantia gestat opima
Sūmi terrigenum regis. caderetq; grauata
Pondere. in lapsum fulciret proxima quercus
Inde timor. numenq; loco nemozsq; senecte
Parcitur. ethereisq; nephas nocere tropheis
Pascere nullus oues. nec robora ledere ciclops
Audet. et ipse fugit sacra polifemus ab vmbra
Nec tamen hec reuerita ceres accenditur vltro
Religione. loci. vibratq; infesta securim
Ipsū etiam feritura iouem. succidere pinus
Aut magis enodes properat prosternere cedros
Exploratq; habiles truncos. rediq; tenorem

Stipitis. et certo pretemptat. brachia visu
Tollebant gemine capita inuiolata cupressus
Cespite vicino. quales in rupibus pæ
Miratur symois. quales nunc diuite ripa
Lámbit apollinei nemoris nutritor ozontes
Germanas adeo credas. sic frondibus equis
Astant. et socio prospectant vertice lucum
Hec placuere faces. pernix inuadit vtramq;
Cincta sinus. exerta manus. armata bipenni
Alternasq; ferit. totis obnixa trementes
Viribus impellit. pariter traxere ruinam
Et pariter posuere comas. campoq; recumbunt
Fannorum driadumq; dolor amplectitur ambas
Sicut erant. alteq; leuat. retroq; solutis
Crinibus ascendit fastigia montis haneli
Exuperatq; effus. et nulli peruia saxa
Atq; indignantes vestigia calcat harenas
Postq; peruentum est scopuli flagrantis in ora
Protinus arsuras aduersa fronte cupressus
Faucibus iniecit medîs. lateq; cauernas
Texit. et vndantem flâmarum obstruxit hyatû
Compresso mons igne tonat. claususq; laborat
Mulciber. obducti nequeunt exire vapores
Coniferi micuere apices. creuitq; fauillis
Ethna iouis. strident admissio sulfure rami
Tunc ne deficerent tantis erroribus ignes
Semper inocciduos insopitosq; manere
Iussit et archano perfundit robora succo
Quo pheton irrorat equos. quo luna iuuenos
Iamq; sopoziferas nocturna silentia terris
Explicuere vices. laniato pectore longas

Inchoat illa vias. et sic ingressa profatur

Ceres.

Non tales gestare tibi proserpina tedas
Sperabam. sed vota michi communia matrum
Et thalami. festeq; faces. celozq; canendus
Ante oculos hymeneus erat. sic numina fatis
Voluimur. et nullo lachesis discrimine seuit
Quam nuper sublimis eram quantisq; procozum
Cingebar studiis. que non michi pignus ob vnū
Cedebat numerosa parens. tu prima voluptas
Tu postrema michi. per te fecunda videbar
O decus. o requies. o grata superbia matris
Qua gessi florente deam. qua sospite nunq̃
Inferior iunone fui. nunc squalida vilis
Hoc placuit patri. cur autem ascribimus illum
His lacrimis. ego te fateor crudelis ademi
Que te deserui. solamq; instantibus ultro
Hostibus exposui. raucis secura fruebar
Rimirum thyrasis. et leta sonantibus antris
Iungebam phrigios cum tu raperere leones
Accipe quas merui penas. en ora fatiscunt
Vulneribus. grandesq; rubent in pectore sulci
Immemor en vterus crebro contunditur idu
Qua te parte poli. quo te sub cardine queram?
Quis monstrator erit. que me vestigia ducent
Quis currus. ferus ipse quis est. terre ve maris ve
Incola. que volucrum deprendā signa viarum
Ibo. ibo. quocumq; pedes. quocumq; iubebunt
Casus. sic venerem querat deserta dyone
Proficiet ne labor. rursus te nata licebit
Amplecti. manet ille decor. manet ille genarū

Fulgor: an infelix talem fortasse videbo —
Qualis nocte venis. qualem p sompnia vidi:

Poeta.

Sic ait. et prima gressus molitur ab ethna
Exichq; reos flores. ipsumq; rapine
Detestata locum. sequitur dispersa viarum
Indicia. et pleno rimatur lumine campos
Inclinatq; faces. omnis perit ozbita fletu
Omnibus admugit quocūq; it. in equore fulvis
Adnatat vmbra fretis extremaq; lucis ymago
Italiam libiamq; ferit. clarescit etruscum
Litus et accenso resplendent equore syrtes
Antra procul cylla petit. canibusq; reductis
Pars stupefacta silet. pars nōdū exterrita latrat

**Raptus proserpine Tragedia secūda
hereoica Explicit feliciter.**

Ex tragico poemate supradicto proserpinam a
venere surreptam ac deceptam fuisse constat. q
vero ipsa eadem ven? plerosq; alios prochdolor
arripiat fallatq;. ex sequētib? nō min? venustis
q̄ elegātib? versiculis mox luce clar? apparebit.

Tres deæ ad paridem.

Tres summe ecce deæ. forma se quelibet effert
Hoc in discidio volumus paris arbiter esto
Cui pomum dederis titulū simul ipse referto

Venus.

Plectra sonora. ioci. plausus. lasciua voluptas
Hec mea. si reliquis me prefers. ipsa puellam
Pro mercede dabo qua non formosior vlla

Juno.

Sceptroz sublimis honoz. fascesq; tremendi


Diuicieq; mei iuris. te iudice palmam
Si tulerim. regno per me donabere summo
Pallas.

Que celū que terra regit. que pontus et orbis
Legibus astringo certis. nil me sine rectum
Te si me sequeris non abstrahet iuius error
Judicium paridis.


Grata michi tua forma ven⁹. tua munera grata
Plus alijs michi mente sedes. certaminis ecce
Pignus habe victrix auri spectabile malum
Poeta.

Hac in lite triplex hominum mellita poesis
Depinxit studium. quoz datur optio cunctis
Falluntur tamen optando pleriq; sequaces
Luxus habet multos. honoz et sapientia paucos
Epitaphiū illustrissimi ladislai
bohemie atq; vngarie regis.


Huic teneras lector lacrimas impende sepulcro
Ingenium pietas si mouet. vlla tuum
Nam iacet in primo defunctus flore iuente
Rex idem quondam pannonieq; decus
Dura ladislaus in persas bella parabat
Robore milicie diuicijsq; potens
Ut validum fidei trans pontum pelleret hostem
Demeret e grecis exiciale iugum
Sed bis vndenos nondum. compleuerat annos
Cum rapuit iuuenem precipitata dies
Jam populos in spem vincendi traxerat omnes
Additus et persis iam metus acer erat
Jamq; gener poterat gallorum ab rege vocari
Mors nisi turbasset iuda cōiugiū. Explicit.



2031907



8544.45



colorchecker DIGITAL SG

DCSG - UBU # MX - 7181

